



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Al. Rigensi Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ratiorem suum probare volentis litteras ipsas fuisse per mendacium impetratas, post appellationem ab eodem procuratore ad nostram audientiam interpositam, lite non contestata, pro sepedicto B. temerariam sententiam promulgavit, praeципiens eam per Abbatem Nonantulanum & quosdam alios executioni mandari. Et licet idem Abbas appellationem suam postmodum prosecutus, ad Abbatem sancti Michaelis apostolicas litteras obtinuerit, super ea nihilominus tamen prefatus B. ipsum non desit per quasdam litteras molestare quas super confirmatione prelibate sententiae se à nobis obtinuisse dicebat. Quapropter ad presentiam nostram memoratus Iohannes Abbas accedens, non tam sibi quām commissa sibi Ecclesie petitui provideri, quæ hujus occasionis praetextu graviter laesa est & gravius laedenda timetur. Volentes igitur indemnitatii & paci ejus, sicut tenemur, adesse, discretione veltræ per apostolica scripta praecipiendo mandamus quatinus inquisita & cognita veritate, si dictum B. taliter abbatis ipsi renuntiasse constiterit, revocantes in irritum quicquid per litteras per ipsum vel pro ipso subrepertas inveneritis attentatum, silentium super hoc ei perpetuum imponatis, & pro eo quod abusus gratia sibi facta, repetendo improbe prælaturam cui spontaneè resigñarat, Ecclesiam suam enormiter affteritur offendisse, compellatis eundem, præbenda & Capella memorata dimissa, vacare arctius regularibus disciplinis, ac prædictum Abbatem administrationis & loci sui faciat pacifica possessione gaudere; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Quod si non omnes &c. duo veltrum ea &c. Datum Laterani 111. Idus Octobris, anno tertio decimo.

AL. RIGENSI EPISCOPO.

D. 141.
Codicinar
quidam com-
positio.

CVM inter te ac fratres militiae Christi super forte terrarum quæ per gratiam sancti spiritus nuper sunt ad cultum fidei Christianæ converse sub examine nostro controversia verteretur, mediantibus demum nobis ad hanc concordiam devenisti, ut videlicet ipsi fratres tertiam partem earundem terrarum, Lectione scilicet ac Livonie, teneant à Rigeni Episcopo, nullum sibi ex ea temporale servitium præstatori nisi quod ad defensionem Ecclesie ac provincie perpetuo contra paganos intendent, verum magister eorum qui pro tempore fuerit obedientiam semper Ri-

gensi Episcopo reprobaret, sed fratres aut Clerici qui eis spiritualia ministrabunt, nec decimas nec primicias nec oblationes nec cathedraticum ei solvent, coloni vero prædictæ fortis, de parte proventuum ad ipsos spectante decimas Ecclesie suis reddent, de quibus quarta pars eidem Episcopo persolverur, nisi hoc idem Episcopus, inspecta necessaria & rationabilis causa, sponte duxerit remittendum, ipsi autem fratres & successores eorum jus habebunt ad præfatas Ecclesias, cum vacavereint, Rigeni Episcopo personas idoneas præsentandi, quas ipse de cura investire non differet animarum. Ceterum cum tu ac tuorum quilibet successorum ipsos duixeritis visitandos, in domo sua cum viginti evenientibus semel vos procurabunt in anno; in plebatibus autem suis bis in anno vos exhibere curabunt. De terris vero quas amodo extra Livonię seu Lectionem cum auxilio Dei dicti fratres acquirent, Rigeni Episcopo minimè respondebunt, nec ipse de illis eos aliquatenus molestabit, sed cum Episcopis creandas ibidem quoquo rationabili modo component, vel observabunt quod apostolica sedes super hoc prouiderit statuendum. Regulam quoque fratribus militie Templi servantes, aliud in habitu signum præferent, ut ostendant se illis nequaquam esse subiectos. Sepulturam quoque ad opus fratribus & familia sue, necnon etiam & eorum qui apud ipsos elegerint sepeliri, liberam prædicti fratres habebunt, salva canonica portione ipsarum Ecclesiarum à quibus afflumuntur corpora mortuorum. Nos igitur compositionem approbantes eandem, ipsam auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kalen. Novembri, pontificatus nostri anno tertio decimo.

WOLCVINO MAGISTRO
& fratribus militie Christi in Livonia
constitutis.

CVM super forte terrarum &c. ut in Epist. 142. alia usque conversas inter vos & venerabilem fratrem nostrum Rigensem Episcopum sub examine nostro controversia verteretur, mediantibus demum nobis ad hanc concordiam devenisti, ut vide- licet vos tertiam partem earundem terra- rum, Lectione scilicet ac Livonie, ab eodem Episcopo teneatis, nullum sibi &c. ut in alia usque provincie contra paganos